Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanae - Cod. Ettenheim-Münster 392

[S.l.], [17. Jahrh.]

Casus reservati Clementis VIII. (1593)

urn:nbn:de:bsz:31-134034

Visual Library

Praefatio.

Casus graviores reservari, utile esse remedium, ad continendos in officio homines, docet praxis Ecclesiae & S.P. Clemens VIII. Verum ne circa dictos casus, dicta dubia, opiniones, potius scandala aut perturbationes oriantur, dum Confessarii & poenitentes diversas sequuntur sententias, aut ipsi Confessarii inter se discrepantes, nollent absolvere, visum est Alb. Cong. Helv. breviter declarare, & sese applicare, quos nam Casus sibi reservatos vellent, mitiorem sententiam sequentis; (dum reservatos secundum aliquos, ipsi inter non reservatos posuerunt.) Paterne monentes, ut se his declarationibus conforment: Nec dubitent de valore: Nam qui Casus reservare potest, potenter utique eosdem declarare licite & valide.

Casus 1mus

Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

In primo hoc casu accipitur Veneficium pro Magia proprie dicta hoc est, pro arte faciendi aut cognoscendi aliquid concursu & virtute daemonis. Ideo incurrunt casum

1°. qui eiusmodi Magiam per seipsos exercent.

2°. qui magos consulunt, in ordine ad effectus aliquos ope Magiae consequendos. 3°. qui libros magicos legunt, saltem in ordine ad Sortilegia aliqua exercenda. 4°. qui signa aut magicos characteres conficiunt, aut eos scienter deferunt, in fines magicos, ut sint v.g. invulnerabiles.

5°. qui per magicas benedictiones, scripturas etc: morbos praeter naturam curant, aut similes mirabiles effectus producunt.

— Excusantur à reservatione

1°. qui ex intentione non ades sinistra, vel ex simplicitate, aut ignorantia (dummodo non affectatâ) vel item aut curiositatis causâ utuntur rebus utique, quae magica videri possunt: quia tunc excusationem locum habere non potest in pacto expresso cum daemone, vel cum eo, qui facitur rem habere cum daemone

2°. excusantur, qui à Cyngaris, Astrologis Iudiciariis adversos aut prosperos casus sibi praedici aut divinari sinunt; nisi quis eo dementiae deveniret, ut huiusmodi vaticiniis certam fidem adhibens, ad eorum normam & leges, vitae suae actiones instituerent.

3°. excusantur, qui mediis aliquibus naturalibus impertinentes modos

ac ritus admiscent, certamq spem v.g. in certo modo
orandi, scribendi, ligandi etc: ponunt, aliaq Varissima
supstiois signa vsurpant.

Incantationes.

Sub hoc verbo comprehendu. hc casu incurrunt, qui per certa sig-
na, Verba, aut characteres, dæmones incantant, in annulis,
speculis etc: coërcent, eosq ad qlibet servitia devotos hnt.
Item qui suis magicis artibus, incantant., hominibus, ju-
mentis, segetibus etc: damna inferunt, serpentium morsq, canu
latratq etc: prohibent, ac alios similes effectq verè magicos
producunt.

Sortilegia.

Casum hoc nòe denotatu incurrunt, qui per sortes divinato-
rias ope dæmonis, magi, aut magici libri rei occultæ cog-
nitoem inquirunt. Non incurrunt uo, qui solum ex
ioco, aut ignorantia absq pacto expresso vel tacito cum dæ-
mone, aut ex curiositate tm, et cum fide dubia, sortilegio ali-
quo vtuntur.

CASUS IIdus

Apostasia à Religione, sive habitu di-miss, sive retento, qn eò pervenerit, ut extra septa Monrij, seu Con-ventûs fiat egressio.

Vt hunc casu incurrat Rel.us Duo reqrn. 1o. ut habeat
intioem verè apostatandi, hc est, religionem suam dese-
rendi, sine volte ad eam redeundi, aut ad aliam transeundi.
2o. reqr. Vt extra septa Monrij, vel et extra clausuras
Conventq fuerit reipsa egressq, sive iam dimiserit habitum
sive retinuerit. Vn — Non incurrit casum
hunc, q tm aio vagandi, aut quacunqz alia de cãa è Monrio
fugeret, cum intioe revertendi, aut alibi religiosè vivendi.
Neq et tunc incurrit, qui proxima media ad egres-
sum quæsivit, v.g. scalas iam applicuit, reipsa tamen
egressus non est.

CASUS IIIus

CASUS III.

Nocturna et furtiva è Monrio, ex quacunq: et ex locis Conventualibus, ex turpi caussa, Egressio.

Ut Religiosus hunc Casum incurrat, Tria concurrere debent:

1.m, Ut egressio sit Nocturna.

2.m Ut sit Furtiva.

3.m Ut fiat extra Monrium, ex quacunq illegitima, aut extra Conventum, ex turpi (: id est luxuriae.) caussa. Hinc

1.° Non incurrit Casum hunc, q egreditur de die, etsi diu foris maneat, aut etiam pernoctet. Neq etiam, q egreditur in crepusculo diei aut noctis; cùm tale tempus non ad noctem, sed ad diem pertinere censeatur.

2.° Non incurrit casum hunc, Qui etsi de nocte egrediatur, non tamen egreditur furtivè, si scilicet egrediatur videntibus duob. aut tribus, (: non complicibus.) Religiosis, aut alijs Viris honestis, intra Conventum, aut Monrium constitutis.

Neq 3.° q noctu, et furtivè egrederetur extra Clausuram Conventualem tantùm, non tamen ex turpi caussa, sed alia, quantumvis illicita, v. g. caussâ potandi, ludendi etc: Quod si tamen ex caa turpi sive Luxuriae egressus esset, etsi turpe nihil commisisset, casum tamen incurrisset.

Nec 4.° casum hunc incurreret, q noctu et furtivè extra Monrium egressus esset, sed ex tali caussa, quam prudens Confessarius ceu licitam et legitimam approbare posset; qualis tamen vix aut rarissimè dari posse videtur.

Quinam a. sint, vel ubi incipiant, et desinant termini Clausurae Conventualis (: cujus in hoc et superiori fit mentio.) definiendum erit ex cujusq Monrij consuetudine et antiqua observatione. Communiter tamen ibi Clausura esse censetur, quo foeminis venire non licet.

CASUS IV.

CASUS IV.

Proprietas contra votum Paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

Proprietas à Proprio dicta, v. censetur committi, quando quis tenet aliquid occulte, et contra mente Superioris. Proprium n. est omne illud, quod non est resignatum in manus Prælati, saltem in præparatione animi, nec administratur in communem utilitatem Monasterii, nec est reservatum sub communi custodia.

Ut ergo quis incurrat hunc casum, 3.a concurrere debent:
1.m Ut Religiosus teneat aliquid occulte.
2.m Ut teneat id contra voluntatem Superioris.
3.m Ut sit aliquid notabile, saltem tantum, quantum in homine seculari, iudicio prudentis et conscientiosi viri aut Confessarii, sufficeret ad constituendum furtum lethale.

Hinc casum hunc non incurrit — 1.o qui tenet aliquid occulte, sed cum voluntate Superioris.

Nec 2.o, qui tenet aliquid, sive donatum ab aliis, sive propria authoritate è Vestiario v.g. aut Bibliotheca acceptum, quod Superiori nunquam ostendit, sed tamen tenet id ita palam, ut et Superior et alii facillime videre possint, estque paratus, id in manus Superioris, si is velit, resignare.

Nec est is, qui rem quidem etiamnum celat, non tamen id facit eâ intentione, ne eâ spolietur, sed, ne fortè reprehenderetur aut puniatur, quod eam sine licentia acceperit, ac tamdiu retinuerit, paratusque eam pro opportunitate proferre et ostendere. Etsi n. tales contra Regulam peccent, hoc tamen loco pro veris Proprietariis non habentur. — Secus esset, si quis rem sibi donatam, aut alias sibi ad usum concessam, Superiori petenti, aut usum rei revocanti, resisteret, ac resignare nollet.

Nec 3.o casum incurrit, qui quidem tenet aliquid occulte, et Superioris dispositioni subtrahit, sed est res exigui momenti, v.g. Imago, Rosarium etc: Aut etsi res sit maioris momenti, sed tamen eius proprietas non affectetur,

sed

sed solus usus quaeratur; Et si quis v.g. preciosum librum diutius occultè retineat, excusatur. Etsi enim liber magno precio aestimetur, usus tamen, sive eius attritio tanti aestimari non potest.

Nec 4°. casum hunc incurrunt Oeconomi, Cellerarii, aliique monasteriorum Officiales, Religiosi aut Fratres itinerantes, qui plus, quam oporteret, expendunt, donant, aut alios sumptus non necessarios et irrationabiles faciunt: Etsi n. tales sint et vocari possint Dispensatores imprudentes ac infideles, aut etiam villici iniqui, contra Regulam item, et Votum Paupertatis peccent, Proprietariorum tamen vitio non incurrunt, nec casum istum incidunt.

CASUS V.

Lapsus carnis, opere consummatus.

Casum istum incurrit 1mo qui ipso opere fornicationem committit, aut alias adhuc abominabiliores Luxuriae species, ipso actu perpetrat. Et quidem in particulari etiam –

2°. Casum hunc incurrit, qui seipsum directè voluntariè polluit, concurrendo ad hoc per actum aliquem exteriorem, v.g. per tactum inhonestum suiipsius, aut alterius, per osculum aut complexum. Secus foret, si quis ex sola turpi phantasia, non debitè reiecta, pollutionem pateretur; aut si quid aliud fecisset, ex quo pollutio quidem facilè consequitur, sive in vigilante, sive in dormiente, eam tamen directè non intendisset; Vel etsi directè intendisset, eam tamen non vigilans, sed primum in somno pateretur.

3°. Incurrit casum, qui se ab alio per tactum turpem, osculum aut complexum etc: pollui voluntariè permittit.

4°. Is quoque, qui etsi in seipso nihil patiatur, alium tamen simul per tactum turpem, osculum aut complexum polluere intendit, ac reipsa polluit.

CASUS VI.

CASVS VI.

Occisio, seu vulneratio cuiuscunq;, vel gravis percussio Personæ Ecclesiasticæ.

Ut occisio aut Vulneraõ sit Casus reservatus, Requiritur ut quis alium, malitiosè, directè, & in se Voluntariè occidat (sive gladio, sive Veneno, aut alio quovis modo id fiat.) aut mutilet, vel Vulneret, (Vulneret, inq., graviter, Vulnere scil. notabili.) aut aliàs eiusdem valetudinem admodum notabiliter lædat; quocunq; modo id fiat, dummodò hostili, v.g. fuste, gladio, pugno, Veneno, etc: Hinc non incurrit casum — 1º. qui servato moderamine inculpatæ tutelæ evadere non potest, nisi invasorem suum occidat, mutilet aut Vulneret; Nec —

2º. qui dat operam rei periculosæ, ex qua per accidens occisio, mutilaõ, Vulneraõ etc: consequitur.

Nec 3º. qui neutiq. intendens graviter percutere, casu graviter Vulneraret. Nec qui ex subita Ira alterum v.g. pede aut manu trudendo, præter intentionẽ in præcipitium daret, aut graviter læderet.

Quod verò attinet ad percussionem (talem scil. ad quam nec mutilaõ, nec Vulnus conseqũ.) ut ea sit reservata, debet ea

1º. esse, personæ Eccl.cæ, aut talis, quæ privilegio fori gaudet, ut gaudent Conversi & Novitij.

2º. debet esse percussio gravis & enormis: qualis esset, quâ membrum aliquod inutile redderetur, ad quam sequeretur in percusso animi deliquium, gravis infirmitas, spectabile vestigium livoris in facie, vel tumoris in oculo; Item ea, quâ quis violenter ac indecenter humi prosterneretur: Omnis deniq;, quæ fieret cum aliorum gravi scandalo, ac dedecore percussi.

CASVS VII.

CASUS VII.

Malitiosum Impedimentum, aut Retardatio, aut Apertio litterarum, à Superiorib. ad inferiores; aut ab Inferioribus, ad Superiores.

Ad huius Casûs incidentiam Requirun[tur] Tria:

1.m ut litterae, in quas peccatur, sint aut Superiorum ad inferiores suos Religiosos, vel è contra.

2.m ut eae vel om̄ino intercipian[tur], ac supprimantur, vel retardentur, ut non suo tempore tradantur, vel etiam dissigillentur, & aperiantur; etiamsi deinde iterum sigillentur; & ad eos, qb. inscriptae sunt, dirigan[tur].

3.m ut haec oīa fiant malitiosè, cum intentione impediendi effectum litterarum.

Hinc 1.mo non incurrit casu[m], qui impediat aut aperit litteras aequalium ad aequales: aut ēt Superiorum, sed non ad inferiores Regulares subditos, sed ad alios missas.

2.o Non incurrit, qui eiusmodi litteras, vel iam alias apertas, aut alio artificio absque earum resignatione aut apertione legit.

3.o Nec ille incurrit, qui non malitiosè, sed bonâ fide, quantumvis imprudenter, vel etiam cum gravi negligentia seu incuria eiusmodi litteras negligit, retardat, diffingit, & aperit. Sicuti nec ille, qui certò scit, vel certè probab. & iustè timet, sibi vel alteri per tales litteras grave & iniustum (13.) damnum parari.

CASUS VIII.

CASUS VIII.

Iuramentum falsum in Iudicio Regulari, seu Legitimo.

4tuor reqrr. ut Casus iste incurratur

1°. Ut Religiosus interrogetur à suo Superiore regulari aut alio legitimo Iudice, de dicenda Veritate.

2°. Ut interrogetur sub Iuramento.

3°. Ut interrogetur legitimè, & secundum Iuris ordinem.

4°. Ut interrogetur de ea re, quam interrogatus bonâ conscientiâ dicere potest ac debet. — Hinc Casum hunc Non incurrit 1°. qui ab alio, quàm à suo Superiore Regulari, aut alio Iudice legitimo, quantumvis sub iuramento interrogatus, Veritatem negat, tacet, aut dissimulet.

2°. Non incurrit, qui non sonio iuramento in Iudicio falsum dicit, sive dicat sponte suâ, sive interrogatus.

3°. Non incurritur hic casus, quando ordo Iuris non servatur: Ut si quis interrogetur iudiciatus de delicto occulto, cuius nec sufficiens infamia processit, nec alia indicia sufficientia habentur: Nisi forte id cederet in grave damnum 3tii innocentis, aut in nocumentum Communitatis.

4°. Non incurrit hunc Casum, qui certas ob causas bonâ conscientiâ delictum prodere non potest: Ut quia scit ex sola Confessione Sacramentali, vel quia ad ipsum tanquam ad patrem spiritualem per modum consilii à reo delatum est: vel si prius iurasset, reo se id non propalaturum esse:

5°. Etiam à dicenda Veritate, & Casu reservato, excusatur, qui probabiliter timet sibi ex propalatione magnum damnum spirituale aut temporale in persona aut honore eventurum.

CASUS IX.

CASUS IX.

Procuratio, Auxilium, seu consilium, ad abortum faciendum, post foetum animatum: etiam effectu non secuto.

Ita clarus est hic Casus, ut declaratione ulteriore non egeat. Tantum Notetur, Ad incidentiam Casûs istius, sequendam esse comuniorem Medicorum & Philosophorum sententiam: Foetum animari die 40.mo si Masculus sit:
— die 80.mo si foemella sit:
Itemque in Dubio, præsumi Masculum.

CASUS Xmus.

Falsificatio manûs aut sigilli Officialium Monrij, aut Conventûs.

Nomine Officialium veniunt hoc loco Abbates, Decanus, seu Prior, Oeconomus sive Cellerarius, aliique Officiales Religiosi, qui de Superiorum scientia & voluntate, certis officiorum suorum sigillis utuntur.

Falsificator manûs Officialium is dicitur, qui scribit, aut scribi curat litteras, easque quasi Officialium manu & auctoritate exaratas, aut subscriptas, supponit.

Falsificator vero sigilli est, qui producit eiusmodi litteras, easque velut Officialium auctoritate & manu scriptas, proprio eorum sigillo, aut alio ad eiusdem similitudinem facto subsignat. — Ut casus iste incurratur.

Sufficit 1.o si quis alterutrum supradictorum faciat, h. e.

h. e., sive manum, sive sigillum alienius Officialis falsificet. Requiritur 2°. Ut faciat id dolo malo, cum animo inferendi damnum, licet illud reipsâ non sequatur.

Quod si quis malo animo id non faceret, sed v. g. ut litterae suae certius et securius veniant ad manus illius, cui inscribuntur, casus non erit reservatus. Sicuti nec si quis, etsi contra Regulam, privatim sigillum sibi fabricari curaret; Nec etiam, si curaret sibi fabricari simile sigillo Officialis, vel si ipsius quoque Officialis furaretur; Dummodò his duobus posterioribus casibus iis malitiosè non uteretur.

CASUS XI.mus
Furtum de Rebus Monasterii, seu Conventûs, in ea quantitate, quae sit peccatum mortale.

Ad casum hunc duo requiruntur. 1°. Ut fiat furtum de rebus Monasterii
2°. Ut fiat in ea quantitate, quae sit peccatum mortale.

Hinc 1°. Non incidit casum, qui furatur rem alienam, quae non est de substantia Monasterii.

2°. Non incidit, qui suffuratur res minoris momenti; itemque qui surripit esculenta aliqua, aut poculenta, etsi successivè ad satis magnam quantitatem perveniant, cùm Superiores hac in re non tam sint inviti quoad substantiam, quàm quoad modum. Eam porrò quantitatem indicabit prudens Confessarius, esse in homine Religioso materiam peccati mortalis, quam indicaret mortalem in filiofamilias, hominis utcunque opulenti.

Si quis furaretur notabilem quantitatem, ut eam pauperibus elargiretur, casum non evaderet, nisi excessu Charitatis excusaretur.

Conclusio.

Juxta hactenus traditas Declaraões procedent deinceps Confessarij. Etsi forte ipsis obveniret casus, qui in his Declaraõib. nec formaliter, nec virtualiter comprehenderetur, eum iudicent non reservatum. Sicuti nec illum, de quo, perpensis prudenter stringentibus occurrentib. raõibus, ad huc probabi dubitant, an sub reservaõe contineatur, sive Dubium sit Juris - sive Facti. — Non quaeritur hic Conscientiarum perturbaõ, aut gravamen, sed emendaõ vitae et animarum Salus.

DECRETUM

S.D.N. Clementis Papae VIII. super Casuum Reservaõe, ab omnib. Regularium Superioribus observandum.

I. S.D.N. qui iam pridem accuratè perpendit, et reipsâ comperit, quod reservaõ facultatis absolvendi religiosos poenitentes à pctis quibusdam gravioribus, nisi Superiores adm prudenter ac moderatè illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiae maculas detegere formidant, adducere pôt in aeternae damnaõis periculum, et ipsius remedij desperaõem.

II. Quoniam huic malo, ut Sanctitas Sua opportunè provideret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superiorib. pctorum absoluões sibi reservet, exceptis ijs, quae sequuntur, aut omnib., aut eorum aliquot, prout Subditorum utilitati expedire, prudenter in Dño iudicaverint.

1°.

1°. Veneficia, Incantaões, Sortilegia.

2°. Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eò pervenerit, ut extra septa Monrij seu Conventûs fiat egressio.

3°. Nocturna et furtiva è Monrio seu Conventu egressio, etiam non aio apostatandi facta.

4°. Proprietas contra Votum Paupertis, quae sit peccatum Mortale.

5°. Juramtm falsum in Judicio Regulari seu Legitim

6°. Procurao, auxilium, seu consilium, ad abortum faciendum post animatum foetum, etiam effectu non secuto.

7°. Falsificao manûs aut sigilli Officialium Monasterij aut Conventûs.

8°. Furtum de reb. Monrij seu Conventûs, in ea quantitate, quae sit pctm Mortale.

9. Lapsus carnis, Voluntarius, opere consumatus.

10. Occisio seu Vulnerao, aut gravis percussio, cuiuscunque personae.

11. Malitiosum Impedimentum aut retardatio, aut apertio litterarum, à Supiorib. ad inferiores, et ab inferioribus ad Superiores.

— Notandum. Si quod aliud peccatum grave pro Religionis conservaõe, aut pro Consciae puritate reservandum videbitur, id non alio fiat, quàm Gnrali Capto in toto Ordine, aut Provinciali in Provincia, maturâ discussione et Consensu.

III. Non licet Supiorib. Regularium, confessiones subditorum audire, nisi qui pctm aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet sponte, aut proprio motu id ab eis petierint.

IV.

IV. Superiores in singulis Domib. deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero, maiori vel minori: iiq; sint docti, prudentes, charitate præditi, — qui à non reservatis eos absoluant, et quib. etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit; In quo eam debere comitti, ipse inprimis Confessarius iudicaverit.

V. Tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligenter, ne eâ notitiâ, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.

VI. Licebit tamen Superiorib. determinare pœnas graves quibusdam peccatis, etiam non reservatis à Confessariis imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint. Atq; ita per quoscunq; Regularium Superiores, quicunq; illi sint, observari mandavit.

VII. Nonobstantib. Constitutionib. et ordinationib. Apostolicis ac quibusvis Conciliis, et Generalib. Decretis: necnon Constitutionib., ab immemorabili etiam tempore.

VIII. Observatis aut Regulis in Generalib. seu Provincialib. Capitulis editis Statutis et Constitutionib., et Apostolica authoritate confirmatis privilegiis, indultis et Concessionib. quibuscunq;: quorum tenores hic pro expressis haberi voluit: cæterisq; in contrarium facientib. quibuscunq;.

Datum Romæ apud S. Petrum. die 26. Maij. Ao. 1593.

Andreas Sorbolongus, Secretarius
Visitationum.

Appendix.

Nostris Novitijs nulli casus sint reservati, nisi Duo communes, qui toti populo sunt reservati. Similiter nec Monialibus nostris hi casus sunt reservati. Item nec Religiosis aliorum ordinum, vel Monialium in hoc loco, sive ad tempus, sive perpetuo hic quasi degant. Excipe, nisi religiosus ex nostra Congregatione Helvetica in alio monasterio praedictae Congregationis subito, stabiliter quasi degat, (sive etiam dein diu s. breui spatio degat, dumodo non per modum hospitis degat.) non attenta quantitate temporis, tunc non. est ipse hos casus incurreret, et à Superiore loci absolutionem petere deberet; Ita n. inter se convenerunt Abbates dictae Congregationis.

Nostris Conversis est isti Casus sunt reservati, non a. Novitijs, ut dictum.

Quod si abbas non potest facile adiri, P. Decanus potest concedere absolutionem à Casu reservato: Quod si nec ipse nec Praelatus adiri possunt, tunc Subprior eam concedere potest.

Quod si denique nullus Superiorum facile adiri possit, tunc ipse Confessarius hanc facultatem concedere potest, et à Casu reservato absolvere. Ita Declaravit Reverendissimus noster, die 11. Maij. 1642. Sed num Reverendissimo postmodum id indicari debeat, si revertatur? Respondetur 1° certum esse, quod non debeat indicari, si Decanus vel alius Superior, v. g. Subprior facultatem concessit. Imo — Respondetur 2°. neque teneri se repraesentare Superiori, quem Confessarius absentibus omnibus Superioribus absolvit. Ita Reverendissimus noster respondit, esse mentem suam et aliorum Praelatorum.

Quaeritur hic, utrum Confessio reservatorum Superiori, aut habenti potestatem, facta sine debita contritione aut attritione valeat, ita ut poenitens possit ea peccata postmodum confiteri cuicunque alij Confessario inferiori approbato? Rodrig. to. 1 q. 21. art. 7. ait, posse, si illa peccata reservata habeant annexam Censuram Ecclesiasticam, quia tunc saltem absolvit à Censura, et consequenter à Reservatione; Secus a. esse, si peccata reservata

ca nullas habeant antegam Censuram, quia tunc nil po=
terit assignari, à quo absolvatur.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Designatio facultatis, quam Patres S. Galli
habent à Rmo. suo Abbate, vel aliunde,
in faciendis & excipiendis Confessionibus.
atque administratione aliorum
Sacramentorum.

Pro Rdo. P. Decano.

R. P. Decanus habet ordinariam potestatem, utilitque Parochus non tantum Religiosorum sed etiam saecularium parochiae S. Galli adscriptorum. Potest proinde concionari si velit, audire Confessiones Sacerdotum Conventualium, Juniorum, Conversorum, Scholarium & quorumvis saecularium; administrare item alia Sacramenta tam intra quam extra Monasterium in dicta parochia, assistere Matrimonio, conficere Sacramentalia &c:

Confessarios autem sive pro saecularibus sive pro Religiosis approbare, aut etiam designare vel exponere pro prima vice non potest: nec etiam dare facultatem absolvendi à casibus reservatis quibuscunque praesente Rmo. Abbate: ipso tamen absente, ejusmodi facultatem absolvendi à reservatis dare potest (exceptâ haeresi &c.) Quod si diuturna sit absentia Abbatis, ac ratio vel necessitas exigat, potest etiam Religiosos, alias iam approbatos, pro audiendis Confessionibus tam Sacerdotibus quam Junioribus, Conversis & Scholaribus deputare. Quin & potest subinde in eadem Rmi. absentia, suadente necessitate, pro audiendis Religiosorum confessionibus deputare confessarium non approbatum. Praeterea in praesentia eiusdem Rmi. potest in casu, quo confessarii ordinarii Conventus haberi aut adiri commodè nequeunt, concedere, ut Religiosus, qui tunc indigebit confessione, possit pro illa vice confiteri alteri cuicunque ex approbatis pro populo. Quam concessionem etiam dare potest P. Supprior, si non sit facilis accessus ad P. Decanum. Denique potest P. Decanus pro populo exponere & delegare quemcunque confessarium approbatum sive domesticum sive externum, si id necessitas vel ratio exposcat, etiam praesente Rmo.

Pro P. Suppriore.

R. P. Supprior ex potestate sibi à Rmo. D. Abbate delegata, potest audire confessiones, & administrare Sacramenta & Sacramentalia omnia, sicut R. P. Decanus; subdelegare tamen talia non potest, nisi in absentia P. Decani: tunc enim habet omnem facultatem, quam absente, vel etiam praesente Rmo. habet ipse P. Decanus.

Pro P. Officiali nil singulare est. — Sed —

Confessarii Conventus attendere debent, in quasnam personas concessa sit ipsis iurisdictio utrum in solos Sacerdotes, an etiam Juniores, Conversos, Laicos, Scholares: & limites praescriptos non debent transgredi. Debent insuper scire, quot & quales sint Casus reservati, à quibus ipsi citra licentiam specialem absolvere non possunt.

De Confessarijs pro populo expositis

Confessarij pro populo expositi validè quidem audiunt quosvis ad Ecclesiam nostram adventantes: sed ut confusio in nostra Ecclesia vitetur, ordinariè ij, qui viros audiunt, non etiam audiant foeminas, nisi Superior, aut rationabilis causa id iubeat.

Semel approbatus pro Ecclesia S. Galli et expositus (idem intelligendum, si quis alio in loco approbetur) manet expositus et approbatus, semper et pro quovis loco, donec id expressè revocetur; ita ut validè ubique, non tamen semper licitè audiat Confessiones.

Item qui ex uno loco, in quo de facto ad confessiones excipiendas iam expositus fuit, ad alium iussu Superiorum per modum hospitij venerit, ubi Superior eius fuerit, ibi ultro sese non exponet temerè sine mandato vel consensu talis Superioris. Sic ad S. Joannem veniens non absque Prioris ibidem licentia sese exponet, vel etiam Reverendissimi consensu expresso.

Qui in S. Galli monasterio approbatus, postea extra illud dimissus, et in alio loco ex licentia exceperit confessiones, reversus ad S. Gallum, denuo licitè audiet. Secus, si quis in S. Joanne tantum approbatus fuisset, postea reversus ad S. Gallum, non audet ibi audire, absque expressa licentia.

Missi ad Oeconomias, si sint approbati, possunt audire socij confessiones, et econtra; consultius tamen est, ut oeconomus non audiat subditi sibi confessiones, ne impedimentum, ex sigilli obligatione, oeconomiae provenire possit.

Qui extra Jurisdictionem S. Galli audituri sunt confessiones, ex vi privilegij Mendicantium, debent servare eum modum, qui facultatem suam non excedat.

Itinerantes non sine rationabili causa audiant confessiones, aut administrent Sacramenta. Non tamen prohibitum sibi esse sciant, dummodo sint approbati.

Praeterea quivis Confessarius potest etiam sine expressa licentia Superiorum (si ea commodè haberi non possit) aut Parochum, immò et insciis Superioribus et Parochis, in omnibus locis iurisdictionis S. Galli (quin et extra eam ubivis locorum, ex vi privilegij Mendicantium) quibuscunque personis Sacramenta quaelibet (excepto Matrimonio) validè et licitè administrare, quando subest aliqua rationabilis necessitas pro circumstantiis hic et nunc occurrentes, ita ut quis prudenter et rationabiliter praesumere possit, Superiores aut Parochos rationabiliter invitos esse non posse.

Caeterum omnes expositi Confessarij gaudent in foro conscientiae omni ea facultate, quam Summus Pontifex, sive per specialia Indulta Monasterio S. Galli singillatim concessa, sive per generalem privilegiorum

Mendi:

Mendicantium vi earum Congregationi nostrae universim factam, impertivit; videlicet quoad dispensationem aut commutationem votorum, iuramentorum in suis casibus, etc: quoad absolutionem a casibus tam Papalibus extra Bullam Coenae Domini, quam Episcopalibus, excepto homicidio voluntario, et carnali sacrilegio cum Sanctimoniali, quos duos casus R.mus S. Galli Abbas sibi in locis suae iurisdictionis respectu suorum Religiosorum, et aliorum Curatorum sibi subiectorum, singulariter reservavit: et denique quoad dispensationem in irregularitatibus, suspensionibus et interdictis, iuxta tenorem praefactorum privilegiorum.

Quibus concessis R.mus facultatem absolvendi ab haeresi, censetur et concessisse facultatem absolvendi a lectione librorum haereticorum, manetque eiusmodi facultas, si limitata non fuit, donec vel revocetur, vel septennium concessi ipsi R.mo privilegii fuerit elapsum.

Denique omnes et singuli Confessarii nostri, possunt in Ecclesia nostra S. Galli administrare Sacramentum Eucharistiae, tam intra quam extra Missam, benedicere salem et aquam, puerperas, et similia. Assistere a. Matrimonio, et baptizare, non praesumant, nisi qui ad id specialiter deputati sunt. deputantur autem tales a P. Decano cum scientia et assensu R.mi aut forte pro uno et altero casu, quo R.mus commode adiri non potest, sine eius scientia.

Idem Decanus deputare potest ac mittere subinde aliquem aut aliquos, ex Religiosis Confessariis ad aegrotos vel infirmos extra monasterium decumbentes, (nam quoad infirmos, qui in monasterio decumbunt, speciali licentia opus non est.) qui illorum confessiones excipiant, iisdem Sacram Eucharistiam et Extremam Unctionem administrent, praeterquam qui ob singularem rationem ab infirmo certus expresse Confessarius expetitur.

Quae de Confessariis S. Galli dicta sunt, ea proxime etiam de Confessariis in Monasterio S. Joannis expositis intelligenda.

De Priore Monasterii S. Joannis.

Huius monasterii Prior habet in eo loco eandem illam potestatem, quam habet R. P. Decanus apud S. Gallum, tum in praesentia tum in absentia R.mi. Priore a. absente habet eandem potestatem Supprior ibidem, si tamen R.mus non sit praesens. Idem Prior (et eo absente Supprior ibidem.) potest quoslibet approbatos mittere Wildenhusium et Wattwilam usque inclusive, et ad loca

inferiora

interiacentia (non exclusis Homberga & Petricella.) ad Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, & Extremae Unctionis administranda, ad assistendum matrimonio, concionesque ad populum habendas, in casibus nimirum vacantiae talium Parochiarum, aut absentiae vel infirmitatis Parochorum, aut aliaqualibet urgente de causa. Ipse denique absente Rmo potest absolvere ab omnibus casibus reservatis tam saecularium, quam religiosorum intra districtum nempe supradictum consistentium, exceptis illis solis casibus, à quibus ipse Rmus absolvere, aut eorum absolutionem alijs committere non potest.

Pro simplicibus S. Galli Sacerdotibus.

Sacerdotes Religiosi ad confessiones audiendas non approbati, nulla Sacramenta administrant, excepta SS. Eucharistia, ita quidem ut quos P. Decanus ad hoc specialiter deputaverit, eam omnibus promiscuè, tam intra, quam extra Missam, administrare possint. Qui verò ad hoc deputati non fuerint, possunt eam administrare infra Missam Fratribus professis, Conversis, Scholaribus & ministrantibus sibi Missam; interdum etiam ob causam rationabilem uni, aut alteri saeculari. Qui autem celebrant Missam in altari S. Crucis, possunt sacram praebere communionem, quibusnis ad eam accedentibus.

Possunt item benedicere salem, aquam, fructus, & similia; dare benedictionem S. Galli & B. Notkeri privatim: publicè autem & promiscuè benedictionem S. Galli & S. Joannis dare populo, non praesumant, nisi id eis iniungatur.

De Fratribus extra Monasterium constitutis, quomodo & quibus confiteri debeant ac possint.

Religiosi verò itinerantes, itemque foris in Oeconomijs, Parochijs, aut alijs negotijs constituti, confiteri possunt cuiuis Sacerdoti approbato, sive regulari sive saeculari, pro sua maiori commoditate aut necessitate. Suadetur tamen

oib.

omnib. Ut quivis, ordinarie, potius suo socio (si quem reli=
giosum sacerdotem habeat secum) etiam expresse non ap=
probato, quam alteri externo confiteatur, & regularem
saeculari praeferat.

Constituti in aliqua cura recreat., v.g. Rorschachij &c.
confiteantur Confessarijs ordinarijs, si eos secum, vel commodam eis
confitendi occasionem habeant; si secus, eligere possunt alium ex ap=
probatis pro populo, quem animab. suis utilem iudicaverint,
absque fraude & dolo.

Siqui vel recreationis, vel negotij, aut alia de causa cum vo=
luntate Superiorum, ad tempus veneriat ex alio loco ad S. Galli,
vel ad S. Joannis monasterium, confiteri possunt vel proprijs suis approbatis,
vel ordinarijs illius Conventus Confessarijs, aut etiam, si commo=
de illos habere non valeant, alteri cuicunque eiusdem
monasterij Confessario pro populo exposito, dummodo absit dolus.

Praedicti tam itinerantes, quam in recreationib. negotijs &c.
constituti, itemque in Oeconomijs extra monasteria S. Galli & S. Jo=
annis, aut alibi, sive stabiliter, sive ad tempus existentes,
possunt absolvi per suos confessarios, quibus tunc confessi fuerint, ab omnib.
casib. reservatis, quos vel intra vel extra monasterium incur=
rerint, dummodo fraus nulla intercedat; Sicut & cum
ijsdem possunt modo dicti confessarij dispensare sup. irregularitatib. suspen=
sionib. & interdictis, eo modo, de Religiosis nostris Confessarijs,
communiter, insinuatum. Itemque qui ex uno nostro Monasterio ad
aliud per modum hospitis advenerint, v.g. de S. Gallo ad S. Joan.
vel è converso, illi possunt eodem modo in loco talis hospitij ab=
solvi ab omnib. reservatis, absque recursu ad Superiorem.

Qui vero stabiliter versantur in Monasterijs vel S. Galli
vel S. Joannis, si casum aliquem reservatum habeant, ab eo non possunt
absolvi nisi per Superiorem, aut de licentia ipsius.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Qui à P.re Decano licẽam habuerit alij cuicunque confi=
tendi (. itemque, absente R.mo .) is poterit cfessario
illo uti, eousque, quoad P. Decanus licẽam illam revo=
caverit, et ptate postmodum R.mi